

**Incipit Omelia. XV. que ex  
ponit litteram in capitulo. XL.  
ab illa parte. Et venit ad portā  
que respiciebat ad viam orien-  
talem: vsq; ad illam partē in eo-  
dem capi. Et mensus est vesti-  
bulū porte octo cubitoꝝ.** **A**

**I**r cuius calamus mensure in  
manu eius describit: venit ad  
portā que respiciebat ad viam  
orientalē. **Q**uis vero ali<sup>o</sup> por-  
te huius appellatiōe signat: nisi ipse dñs  
ac redemptor noster: qui nobis ianua fa-  
ctus est regni celestis? Sicut ipse ait: **Me-  
mo venit ad patrē: nisi per me. Sed cum  
eundē virū lineis indutū figurā domini  
tenere dixerim? querendū nobis est qua  
ratiōe conueniat: vt idē dñs ⁊ per virum  
designari valeat ⁊ per portā: dum vir ve-  
niat ad portā? Nunquid nā ipse venit ad  
semetipm? An ita est: quia ⁊ in euāgelio  
ipse testat dicens: Qui nō intrat per osti-  
um in ouile ouiu: sed ascendit aliūde: ille  
fur est ⁊ latro? Job. 10. Qui autē intrat  
per ostiū pastor est ouiu. Et paulo post di-  
cit: Ego sum ostiū. Atq; iterū subiūgit.  
Ego sum pastor bonus. Si ergo pastor in-  
trat per ostiū: ipse est ostiū: ipse pastor: ipse  
pculdubio intrat per semetipm. Ecce dñs  
ezechielis sensum enodare cupimus: de  
euāgelio etiā questionē ligamus. **Q**ue-  
rendū nobis itaq; est qualiter ⁊ ipse intret  
⁊ per semetipm intret. **D**ñs em̄ ac redem-  
ptor noster cū sancta ecclesia quā redemit  
fm carnē vna substātia est: paulo attestā-  
te qui ait: Adimplebo ea que desunt pas-  
sionū xp̄i in carne mea: p corpore eius qd  
est ecclesia. Colos. 1. Ephes. 1. **H**ui<sup>o</sup> cas-  
pit<sup>o</sup> corpus ecclesia est: ⁊ hui<sup>o</sup> corporis  
caput xp̄s. De quo suo capite exultat cor-  
pus: id est sancta ecclesia: cū per psalmi-  
stā dicit: **H**unc autē exaltauit caput meū  
super inimicos meos. ps. 26. **Q**uia em̄  
quādoq; ipsa etiā exaltanda est: iam nūc  
caput suū sup inimicos suos exaltatū gau-**

det in cellis. **C**um ergo electi quicq; ad vi-  
tam perueniūt: quia mēbra eius per eū in-  
trāt ad eum: ipse per se intrat ad se. Ipse  
em̄ in suis mēbris est qui intrat: ipse cas-  
pit ad quod intrantia mēbra perueniūt.  
**Q**uod ezechiel ppheta multipliciter in-  
sinuat: qui virū venisse dicit portā: ⁊ que  
eadē porta sit ostendit dicens:

**Que respiciebat ad viā ori-  
entalem.]**

**I**pse etenim nobis est via: qui dixit: **E**go  
sum via veritas ⁊ vita. Job. 18. Ipse etiā  
am orientalis via de quo scriptū est. **E**cce  
vir oriens nomen eius. Zacha. 6. **P**orta  
ergo viā orientālē respicit: quia illū signat  
qui nobis iter ad ortū fecit luminis. **P**o-  
test etiā porte nomie vnusquisq; predica-  
tor intelligi: quia q̄squis nobis ianuā res-  
gni celestis ore suo aperit porta est. **E**ndē  
⁊ duodecim porte vel in iohānis apo-  
calipsi: vel in extrema huius prophete vi-  
sione describunt. **A**pocal. 21. **P**otest et  
am porte nomie scripture sacre sciētia nō  
incōuenienter intelligi. **Q**ue duz nobis  
intellectū aperit: celestis regni ianuā pan-  
dit. **P**ossumus porte noie ⁊ fidē accipe-  
re: quā primā contingimus: vt ad virtū-  
tum edificia intremus. **E**ndē hic aperte  
subiungitur.

**Et ascendit per gradus eius.**

**Q**uid em̄ gradus sunt hui<sup>o</sup> porte: nisi  
merita virtutū? **S**ive em̄ in cognitionē  
mediatores dei et hominū hoīs iesu xp̄i  
seu in sciētia diuini eloquiū seu in ipsa fide  
quā de illo accipimus: quibusdā gradib<sup>o</sup>  
ad altiora incremēta peruenim<sup>o</sup>. **N**emo  
em̄ repente fit summ<sup>o</sup>: sed in bona cōuer-  
satiōe a minis quicq; inchoat: vt ad ma-  
gna perueniat. **D**e his gradibus per psal-  
mistā dicit: **D**eus in gradibus eius dno  
scit dum suscipiet eā. ps. 47. **D**um em̄  
sanctā ecclesiā domin<sup>o</sup> suscipit: in gradib<sup>o</sup>  
eius dno scit: quia eius gloria per il-  
lius incrementa declarat. **Q**uantū enim  
sancta ecclesia ascēdendo profecerit: tan-  
tū deus hominibus ex eius virtutibus in-  
tra

R 3